



**Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien.
I. C. Praestantissimi Volumen ...**

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo
Pontificij iuris, Contractuum, seu Dispositionum inter viuos materias
distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm II.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96504](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96504)

ner Pau. de Cast. in l. publii. in prin. ff. de cond. & demon. quod Imperator quis efficiatur ex sola electione, nec sit necessaria coronatio, neq; confirmatio, sicut dicitur de Papa. Prædictam conclusionem corrobora, nam ꝑ ad actū coronationis triplex requiritur corona, & in diuersis locis secundū certum ordinē ꝑstanda, ut per glo. in d. cle. 1. & ibi doct. nā primo coronari debet argentea, secundo ferrea, tertio aurea, ut per Alberic. in dicto suo dictionario, & per Card. in d. clem. 1. in fi. in s. colum. ꝑd alio tempore prius ferrea, secundo argentea, & tertio aurea coronabatur, ut ibi per do. Card. quā igitur rōne hęc solēnitas potuit, quoad ordinē, & qualitātē coronarū mutari, & alterari, eadē etiā quo ad locum poterit alterari, & mutari, non enim dari potest rō diuersitatis, ergo idē dicendū est in utroque casu. l. a titio. ff. de uerbo. obli.

¶ Præterea ut præsupponit glo. in d. clem. 1. cum quā omnes docto. pertransseunt, secunda corona quāuis ex primo instituto debeat dari in uilla Modetiēsi dicecelis Mediolani, tamē sape in hoc uariatū fuit, qā data fuit i ciuitate Mediolani in ecclesia sancti Ambrosij, & ob hoc coronatio non fuit inualida, ut exēplificat glo. ibi in Henrico Imperatore. Ergo similiter ex identitate rationis dicendū est de tertia corona, q si datur in alio loco non cōsueto, ob hoc coronatio nō erit nulla, nec reprobāda, quoniam pro solēnitate coronationis triplex danda est corona, nec una magis est necessaria, quā alia, nec una magis pōt omitti, quā alia, cum sollemnitas, & forma dicatur esse qd indiuiduū, ut in l. hac consultiſſima. C. qui testa. fac. poss. Non adest igitur rō, quare magis hęc sollemnitas sit alteranda, seu alterari possit in una, quā in alia, sed quādoq; facta fuit alteratio, & mutatio tam respectu loci quo ad duas primas coronas, quā respectu ordinis, ut supra: & hoc non obſuit coronationi, ergo idē dicendū est posse fieri respectu tertiæ coronæ aureæ, q in urbe Roma dari solet, & maximē, quādo adest aliqua iusta causa illam in alio loco dandi, ac cedente mutuo consensum amborum principum,

6 quia, ꝑt inquit, Bal. in l. 1. ff. de cōst. princip. Papa, & Imperator sūt duo supremi principes, qui simul cōcordantes oīa possunt, aliās quilibet in sua iurisdictione pōt. In casu aut nostro non modo una, sed fortē multiplex adest causa iusta alterandi hanc solēnitatē, seu formā, præsupponendo esse de forma, q dari debeat Romæ, ergo &c. Nā ꝑ rōne iustæ causæ, & utilitatis publicæ solēnitas aliās requisita pōt omitti, seu alterari, ut uoluit Sali. in l. fi. in princ. de iure dotium, & Bal. Nouell. in suo tracta. dotis in 6. parte in 44. & 48. priuilegio. ¶ Rursus hęc solēnitas coronationis non est de substantia, nec de forma, & consequenter non necessaria saltē respectu loci, quia, ut dictū est, locus non est de forma, nec de substantia, argu. c. fi. de restit. spolia. cum similib. supra allegatis. Ergo si quo ad locū respectu alicuius coronæ alteretur, prout aliās alterata fuit, huiusmodi solēnitas actus coronationis non uitabitur, quia ꝑ omnis forma, & solēnitas substantialis non afficit actus Papæ, & Imperatoris, cum ipsi sint super omni forma, & substantia actus: possunt enim omnem rei substantiam mutare, ut habetur per glo. in c. quanto. de trāslatio. episc. nec est, qui eis dicere possit, cur ita facitis. ut ibi. Et ideo Hostiē. in summa de electio. in §. qualiter. dixit, q ꝑ facta a principe nō possunt rōne defectus formæ, & solēnitatis inuali dari, & faciunt nō. per glo. in c. 1. de re iudica. in 6. ubi sententia lata a principe non sedendo, nec i scriptis, ualeat, quāuis aliās scriptura ꝑ forma substantiali requiratur, ut ibi, & facit tex. in l. pen. C. de dona. inter uir. & uxo. Præterea dicit Hosti. c. sup. qbusdā de uerb. signi. q ꝑ coronatio requiritur, seu sit ad benē esse, sed

non est necessaria, quia omitti potest, & paucos operatur effectus, ut colligitur ex ijs, quæ uoluit Bar. in extrauagan. ad reprimē. in ner. reges. & Alb. in d. l. benē a zenone, ergo si fiat coronatio cū aliquali alteratione, & mutatione, ꝑpter hoc non debet uitari arg. l. unica. §. 1. C. de rei ux. act. & per glo. in uer. transitu Insti. de libert. ibi, & est ratio, quia sine eo fieri poterat &c. Fuit enim introducta hęc solēnitas coronationis a iure positio, nā prius Imperatores creabantur per exercitū militū absq; alia coronatione c. legimus 93. dist. & sepius fuit hęc solēnitas alterata, & immutata tam quo ad ordinē, quā quo ad locū, ut supra, & ꝑsupponit glo. in d. cle. 1. ꝑ quæ immutatio, & alteratio arguit illā esse de iure positio, ueluti ēt probatur in d. c. uenerabilē. & in d. cle. 1. & in c. Adrianus. 63. dist. Bal. in §. hoc quod nos. in 3. col. de pace cōstā. Ex quibus infertur, q ꝑ Papa, & Imperator ad illius obseruantia plenariē, & totaliter ēt absq; iusta cā nō tenentur l. digna uox. C. de legi. qā sunt super oē formā iuris positui, ut supra, & ipsi oēs leges posituæ sunt subiectæ, quia illas ad nutū tollere, & mutare possunt c. proposuit. de concess. pben. §. dubitatū. in auth. de in cest. nupt. & ambo Dij sunt, ꝑt est de mēte glo. in d. c. quanto. que de ambobus loquitur, & dicit glo. in l. iubeamus nulla. C. de sacros. eccl. q Imperator dī Deus terrenus: & ideo ex ꝑcepto Dei oēs creature tenentur illis obedire, nec ꝑceptis suis cōtrahere dēnt c. 2. c. omnes. & c. solite. de malo. & obed. nulla igitur lege positua possunt ad aliquid faciendū, & seruandū coartari, etiam si id esset introductū pro forma, & solēnitate, ut supra. ¶ Sed nō uideo ēt aliquo iure ꝑbati, q actus coronationis a iure fuerit pro forma, & substantia introductus, quia & si coronatio fieri debeat, non tamen pro eius substantiali forma requiritur modus traditus, & maximē respectu loci, tum quia certus locus nō dicit de substantia, ut supra tū ēt quia nō reperit, q canon ipso iure uitiet coronationē, si aliter facta fuerit, nec canō, seu lex prohibitiuē loquitur, nec cū clausula decreti, nec per uerba, q aliās solent formā substantialē importare, sū quod habetur per Alexā. & alios in l. 1. ff. de lib. & posth. & per Bal. in l. nō dubiū. C. de legi. per Ant. & Mod. in c. cū dilecta. de rescr. ergo ordo illius omniſſus, seu locus alteratus non dicit coronationē uitare, tanquā illa sint de leui solēnitate, q omiſſa nō solet uitare, ut est tex. & ibi Bar. & Alex. in l. 1. in fi. ff. de uer. inspi. & in l. fi. §. cū igitur. C. de iur. de liber. & hi in d. c. cū dilecta. Et posset hoc infinitis rōnibus, & argumētis demonstrari, sed ne sim lōgior, his nunc sum cōtētus. An aut aliquo tēpore Romani Imperatores alibi, q Romæ coronati fuerint, cū id sit facti, de industria prætermitto, qm, ut inquit Iurecōsultus in l. omni. ff. de iur. & fac. ign. cū ius finitū possit esse, & debeat, eius ignoratiā non excusat, facti aut interpretatio plerūq; ēt prudētissimos fallit. Laus Deo.

S V M M A E.

- 1 Inter iudeos eorum consuetudo est seruanda in suis contrahibus, aliisque negotiis, dummodo lex civilis illam expresse non improbet, & num. 9.
- 2 Vniuersalis negatiua magis negat, & excludit, quā uniuersalis affirmatiua affirmet, & includit.
- 3 In successibus iudeorum lex mosaica, & veteris testamenti, non autem lex civilis imperialis inter eos seruanda.
- 4 Iudæi coram arbitris habregis litigantes quo iure utuntur.
- 5 Inter iudeos in eorum actibus, & negotiis, in quibus Christianus non interuenit, lex mosaica seruanda, nisi lex civilis expresse prohiberet, ipsos illa in certis negotiis uti.
- 6 Iudeorum lex specialis est lex mosaica.
- 7 Iura municipalia prius, q iura cōia, & imperialia seruari debent.
- 8 Iudæi non humanis, sed diuinis constitutionibus subiiciuntur.

Emptor

- 10 Emptor secundum legem, & consuetudinem iudeorum locatori stare tenetur, & nu. 14.
 11 Contrahentes in dubio semper secundum naturam contractus, & secundum quod iura eorum permittunt, inter se contraxisse videtur.
 12 Emptor rei alicuius solum ius, quod videtur in re habebat, emisse, censetur, quando emptor etiam in genere, licet non in specie qualitatem rei, iurisque venditoris sciuit.
 13 Quid sit ignoraret.
 15 Emptor habens notitiam locationis rei sibi vendite alteri facta illi stare tenetur, & conductorem non potest expellere.
 16 Vendens, & cedens iura, quae habet in re aliqua quo de emptione, et ad promissionem de tradendo rem vacuam, et expedita teneatur.
 17 Vendens quando tradendo rem vacuam, et expedita eo mo, quo pot, liberetur, et quando ea liberata, vacua, et expedita tradere debet.

E P I T O M E.

INTER IUDAEOS in eorum actibus, & contractibus legem mosaicam, & veteris testamenti, eorumque consuetudinem, quae a lege civilis imperiali non sit expresse improbata, seruari.

Et emptorem secundum eorum legem, & consuetudinem locationi stare debere, eaque durante, non posse conductorem expellere, hic demonstratur.

C O N S I L I U M I I.

- I**N causa Dauit hebraei, primo uidentum est, an in actibus, & in contractibus hebraeorum seruari debeat lex mosaica, & veteris testamenti, eorumque consuetudo, & usus, an uero lex civilis: Et concludendum est inter ipsos legem suam veteris testamenti, eorumque consuetudinem, & non legem civilem seruari debere, primo per textum in cap. qui sincera. 4. 5. distinct. 7. per quem docto. ibi notat indistincte, quod inter iudeos seruanda est eorum consuetudo, & Caldar. in tit. de consuetudine. in consi. 2. dicit, seruandam esse inter iudeos illam consuetudinem, quae habet, quod inter iudeos periti legis Abrahae scribendi testamenta potestatem habeant, & scripturae illorum tanquam publicae, & authenticae stent, & in c. sicut iudaei. extra de iudeis dicitur, quod nullus christianus immutare praesumat consuetudines bonas, quas iudei haecenus inter eos seruare sunt soliti: quem text. noto, dum uniuersaliter, & negatiue dicit, nullus christianus, quia uidentur omnes etiam habentes iurisdictionem includere, quoniam 1. uniuersalis negatiua magis negat, & excludit, quam uniuersalis affirmatiua affirmet, & includat, arg. not. per glo. in l. alienatum. §. donationis. ff. de uerb. signi. Bald. in c. 1. in princ. in ult. col. de prohib. feud. aliena. per Feder. & dum ille text. dicit, bonas consuetudines, uoluit solum excludere illas, quae prorumpunt in contumeliam creatoris, & quibus deluduntur christiani in lamentationibus dominicae passionis, ut ibi per glo. ergo infertur, quod aliae eorum consuetudines circa contractus, & aliae eorum negotia sunt seruanda, ut uidetur tex. in l. iudeos. C. de iudeis. ibi, sed ritus suos citra contemptum christianae legis retineant, ubi glof. inquit ritus suos, hoc est consuetudines suas, & ita per illum text. tenent Ioan. Cald. in d. consi. 2. & in consi. 30. in tit. de testamen. Alex. in cōsi. 6. in 6. uol. & Barba. in cōsi. 15. in 1. uolu.
 3. Præterea 1. in successione inter ipsos seruanda est lex mosaica, & veteris testamenti, non autem lex civilis Imperialis, ut per Calda. in d. consi. 30. Alex. in l. 1. in 10. col. ff. si cer. per. Feli. in c. 1. extra de constitu. in 12. col. in §. limit. & Alex. in d. cōsi. 6. ergo & in contractibus similiter seruari debet, quia cum non appareat ratio diuersitatis, idem ius in quoque esse debet. l. a titio. ff. de uerbo. obli. cū simil. ¶ Tertio 1. indu co. l. iudaei. C. de iudeis. ubi quauis quando agitur coram iudicibus ordinariis, iudaei iure Romano uti debeant,

- tamen quando de eorum litibus coram eorum arbitris hebraeis litigat, iure publico, hoc est Romano uti non debent, ergo iure proprio. ¶ Quarto 1. inter iudeos in eorum actibus, & negotiis, in quibus christianus non interuenit, seruanda est lex mosaica, & ab illa non est, recedendum, nisi lex civilis expresse prohiberet ipsos iudeos illa in certis negotiis uti, ut uoluit Io. Cald. in cōsi. 10. in tit. de cōsi. & sequitur Alex. in d. cōsi. 6. & l. iudeos ad fin. C. de iud. sed lex imperialis non uetat iudeos uti lege sua ueteris testamenti, & eorum consuetudine in contractibus inter ipsos celebratis, ergo inter eos lex mosaica, & eorum consuetudo seruanda est arg. l. iubemus. C. de testam. & l. precipimus. C. de app.
 6. ¶ Quinto 1. lex mosaica est lex spalis ipsorum iudeorum iuxta illud Ioan. cap. 18. legem habemus, & secundum legem nostram debet mori, & ibi, tollite eum, & secundum legem uestram ipsum iudicare, quasi Pilatus interloquutus fuerit, quod inter ipsos hebreos non lex imperialis esset seruanda, sed lex sua, tanquam lex spalis, per quam generali derogatur: ergo ubicumque inter iudeos daretur concursus legis mosaicae, & legis imperialis, lex mosaica tanquam spalis seruanda esset, quia lex spalis derogat generali, & cōi, sicut spēs derogat generi. c. generi de reg. iur. in 6. c. 1. de rescri. & l. sanctio legum. ff. de poe.
 7. Et 1. sicut inter omnes homines prius seruari debent iura sua municipalia, quam iura cōia, & imperialia, quia per legem municipale, & consuetudinem particularem in loco, seu inter certas personas iuri generali, & cōi derogatur. l. oēs populi. ff. de iust. & iur. §. ius aut ciuile. Insti. de iur. nat. gen. & ciui. cū ibi not. ita inter ipsos iudeos prius seruanda erit lex mosaica tanquam eorum lex municipalis, & particularis, deinde in ijs, in quibus lex mosaica non puidet, seruari debebit lex imperialis, & cōis, quia per legem mosaicam tanquam municipale inter hebreos dicitur legi generali, & cōi imperiali derogatum. d. l. iudei. iunctis praemissis. Et idē dicendum est de eorum consuetudine, quae tanquam particularis ipsorum quoad eos dicitur iuri, & legi cōi derogare. §. pen. Insti. de iur. nat. gen. & ciui. l. de quibus. ff. de legi. c. consuetudo. 1. dist. & ita arguit Cald. in simili in d. consi. 30. in tit. de testa. & refert, ac sequitur Feli. in c. iudei. il. 2. extra de iud. Et 1. iudei non humanis, sed diuinis consuetudinibus subiiciuntur. c. oia. 12. dist. c. si solus. §. dist. & ibi gl. not. ergo iudei in suis negotiis, ut in successione, contractibus, & alijs debent leges, & consuetudines suas seruare, dum lex civilis illas expresse non improbet, arg. l. quod si nolit. §. q. assidua. ff. de edil. edic. l. 2. C. q. sit lōg. cōsue. c. cū dilectus de fi. istr. & l. sp. 1. stipulationib. ibiq. Bar. & Moder. ff. de re. iur.
 ¶ Et ex praedictis infertur, quod lex mosaica hebreorum disponat, quod quicumque locatio rei ad certum tempus facta fuit, durante locatione, dominus, & locator non possit ex aliqua causa iusta conductorem expellere, dum conductorem seruauerit locatori promissa, et si locator, & dominus re locatam, uel, & necessitate sua, uel illam reparare uellet iuxta. l. edē. C. loc. q. lex in hoc est contraria legi hebreorum, q. (ut ab eorum peritis habui) disponit locationem, ea durante, iudicari eē uēditionē, ergo hec lex, & consuetudo hebreorum erit inter ipsos seruanda, & non lex civilis: Infertur
 10. itaq. 1. quod & si secundum legem civilem emptor rei locatę non teneatur stare locatori, quia potest illum expellere, ut in l. emptorē cū ibi not. C. loca. cū simil. tamē secus erit inter ipsos iudeos per eorum legem, & consuetudinem, quod uult conductorem ante finem locationis a nemine posse repelli, ergo in casu nostro Vitalis emptor domus, & cessionarius iurium, quod Dauit habebat, non poterit excludere Simonem hebreum conductorem domus, & cessionarium iurium dicti Dauit ad certum tempus, quia priora iura in domo, & iuribus praedictis habuit. Præterea ex quo Vitalis emptor sciuit legem suam, & consuetudinem he-

brorum, vel scire debuit, alioquin iuris ignorantia ei non prodesse, ut in l. iuris ignorantia, & per totū. ff. de iur. & fac. igno. & consequenter q̄ emptores rerum alteri locatarū colono, seu inquilino stare tenebantur, censetur ipse Vitalis emisit domum, & acceptasse cum hac lege, si aliud expresse non fuisset conventum, q̄ in dubio semper contrahentes videntur inter se contraxisse secundum naturā cōtractus, & secundum q̄ leges, & iura eorū permittunt, arg. l. nemo potest. ff. de leg. i. l. si duo. & ibi Pau. de Cast. ff. de acq. hared. d. l. temp. in stipulationibus, & ibi Bart. & alii. ff. de reg. iur. d. l. quod si nolit. §. qui a l. i. d. ff. de ad. l. edict. & l. si stipulatus. ff. de usu. ergo inferitur, q̄ cum Vitalis hac lege emerit, nullo pacto poterit Simonem conductorem expellere, sed tenebitur illum usque ad finem locationis ei factae pati. ¶ Rursus ad releuandum ipsum Dauit a pœnis conuentionalibus, & ne teneatur tradere rem uenditam uacua, liberam, & expeditam a conductore ipsi Vitali emptori, & cessionario, considerandum est, q̄ Vitalis habuit tempore cōtractus, & ante scientiam, & notitiā locatiōis rei prius ipsi Simoni factae per Dauit, ut mihi in facto prae-supponitur, & probabitur, ergo sumus in casu, in quo Vitali emptori imputandum est, ut is non possit agere de euictione rei, nec ut tradatur sibi uacua possessio, nisi eo modo, quo tradi potest, nec ad pœnam conuentam, per text. in l. qui tabernas. & ibi Bal. ff. de contrah. empt. qui tex. semper allegatur, q̄ uendens rem uidetur uendere solum ius, q̄ in re hēt, & hoc absq̄ dubio procedit, si emptor habuerit scientiam de iure, quod & uenditor, & alter habent, arg. l. si fundum. C. de euictio. ubi casus notabilis, & huius difficultatis decisus. Et ideo ex quo Vitalis sciuit re hoc est domum fuisse ad certum tempus locatam, seu i genere alteri obligatā, & iura fuisse Simoni pro certo tempore cessa, is censeri debet solum emisit illa iura, quae Dauit habebat, & uendere, ac cedere poterat per ea, quae habentur in l. si domus. in fi. & ibi Bar. Alex. & alii. ff. de leg. i. post Bal. Ang. & Imo. qui concludunt, q̄ emptor solum censetur emisit ius, q̄ uenditor in re habet, quando emptor scientiam de illo iure habebat, ut quia sciebat rem alteri certo modo esse obligatam, at hanc esse communem opinionem inquit ibi Alex. & ita debet intelligi id, quod uoluit Pau. de Leaza. in c. potuit. i. 3. col. extra de loc. ubi emphyteota uendendo simpliciter rem emphyteoticam, cōsetur solum ius, quod in re habet, uendidisse, & praesertim hoc uerum est, si emptor sciuit qualitatem rei, & iuris emptoris. Quinimodō dicit Bal. in d. l. si fundum sciens, q̄ ille tex. habet locum, & si emptor in genere sciuit rem alteri obligatam, quamuis in specie nō sciuerit, cui personae, & facit. l. si. C. de commu. rer. a. l. i. ubi nescientis secus ergo, si sciēt, ut ibi habetur, & est bonus tex. in l. si quis domū. §. hic subiungi. cum ibi no. per Pau. de Cast. ff. loca. & Aret. in l. seru. electione. §. si. in 2. col. ff. de leg. i. post Cy. in l. i. C. si pignus pigno. dar. sit. & Bal. in l. i. C. qui testamen. fac. pos. dicunt, q̄ quando uenditio sit scienti ius uenditoris, dicitur uendi ius, quod uenditor in re habet, & nō ultra d. l. qui tabernas, si uero ignoranti ius uenditoris, dicitur uendi res pleno iure, & in totū, & si uenditor tantū iuris nō haberet, ut quia res esset alteri obligata, uel locata, tenebitur emptori per tex. in d. l. si quis domum. §. i. usque ad finē legis, & hac distinctio fuit Bal. ad literam in rub. C. de contrahen. emp. in uer. 6. quaro. Accedat ad hanc, q̄ si uerum est, prout mihi p uero prae-supponitur, quod hebrei secundum eorum legem, uel consuetudinem cōtractū locationis ad certum tempus pro illo tempore iudicant esse cōtractum uenditionis, seu naturam eius penitus habere,

quia secundum eos nulla est differentia inter cōtractum locationis, & uenditionis, nam uterque dicitur uenditionis cōtractus, & solum respectu tēporis differunt, quia alia dicitur uenditio rei perpetua, alia uenditio rei ad tempus; quam nos locationē appellamus sequitur, q̄ inter ipsos hebraeos locum nō habebit regula illa, q̄ emptor nō tenetur stare locationi iuxta. l. emptorem. C. locati. & ea, quae habentur in l. si filio. §. si iur. ff. solu. matrim. Sed habebit locum illa alia regula, quod secundus emptor stare tenetur primo emptori, q̄ res illi tradita fuit, ut in l. quoties. C. de rei uendica. ubi si duobus res uendita fuit, ille est potior cui res tradita fuit, sed in casu nostro res fuit prius Simoni tradita, ergo ipse respectu temporis, pro quo si bi fuit concessa, potior dici debet. ¶ Præterea etiam secundum leges Imperiales ubicunque emptor habuit notitiā locationis alteri factae, non potest conductorem expellere, sed illi stare tenetur, donec finita erit locatio. l. si mercedem. in prin. & in §. fin. ff. de actio. empt. & probatur ex iis, quae supra adducta fuerunt, quia scienti ius uenditoris solum dicitur uenditum ius, quod habet uenditor, & maximè hoc uerum est in casu nostro, in quo ipse Dauit uendendo domū cum omnibus iuribus suis expresse cessit, & trāstulit, mandauit, & dedit ipsi Vitali emptori praesenti, & acceptanti omnia quaecūq̄ sua iura & c. quae ipse Dauit habuit, & habet, sibi quomodolibet cōpetuerunt & de praesenti competunt in dicta domo, & in iurisdictionibus eiusdem, ergo apparet dumtaxat ipsum Dauit dedisse Vitali domum quoad ius, quod in illa habebat, & solum in ipsum Vitalem emptori trāstulisse, quae in dicta domo habebat. Sed Dauit in ea habebat dominium, & possessionem saltem ciuilem, ac ē naturalē, item ius exigendi a Simone conductore pēsiones singulis annis, & alia, de quibus in instrumēto facto inter Dauit, & Simonē, ergo Dauit censetur rem dedisse, & illa iura omnia, quae tempore locationis factae habebat, trāstulisse. Nec est praesumendum aliquid ultra uoluisse dare, seu trāstulisse, nec peririū & pœnas conuentionales incurreret. Vnde cū uerba ista possint uerificari respectu aliquorum iurium, de quibus supra, praesumendum est, q̄ de illis tantū, q̄ ipse Dauit tunc habebat, intellexit, & non de aliis, prout uerba instrumēti sonare uidentur. Quae interpretatio etiam in dubio est facienda ad euitandū delictū, seu peririū, & pœnas, arg. l. merito. ff. pro socio. & l. ueteribus. cum sim. l. ibi allegatis. ff. de pactis. ubi semper in dubio uerba instrumēti interpretantur ē eum, ad cuius fauorem fuerunt expressa, quia sibi imputatur, si legem apertius non dixit. Sed uerba, de quibus supra, fuerunt apposta ad fauorem Vitalis, ergo debent contra ipsum interpretari, quia debebat apertius loqui, & ideo cōtra eum interpretatio intelligatur solum illi uendita, & cessa, seu trāslata illa iura, q̄ tpe uenditionis Dauit in dicta domo habebat: & psequēter ē ea, q̄ respectu illius domus habebat aduersus Simonē, q̄ dñr esse maximae utilitatis, & importaria. Et stante huiusmodi intelligentia, ac declaratione, omnia apposta in dicto instrumēto uenditionis factae Vitali uerificantur, & habent locum in dictis iuribus, adeo q̄ ipse Dauit nō dī aliquid ē uenta, & pmissa in dicto instrumēto uenditionis fecisse, nā quoad illa iura, quae tūc habebat, uerificatur pactū pstituti de possidēdo, & pactū tradēdi re uacuā, & expeditā, & c. trahuntur. n. ad iura, quae uenditor habuit, & ad id, quod uenditor possedit, & eo modo, quo possedit, ut per Paul. de Cast. in d. l. si quis domū. ff. locati. Et ad ppositū optimè faciūt ea, q̄ ponit Ang. & Alex. i. l. locus. ff. de acq. posses. & in l. si sic. §. i. ff. de leg. i. ubi cōcludūt, q̄ ille, q̄ uedit, & cedit iura, q̄ hēt in domo, seu i alia re,

non

non tenetur de euictione, nisi pro illis iuribus, quod venditor in re habeat, & traditio, ac promissio de tradendo rem uacua, & expedita non extenditur, nisi ad ius, quod venditor habebat, & non ultra, per tex. in l. quod si in uenditione cum tribus legibus sequen. ff. de hære. uel actio. uendit. ¶ Et ex prædictis responderi potest, si in contrarium adduceretur, quod uendens tenetur rem liberam, uacuum, & expeditam tradere. cum uenderes. ff. de contrahen. empt. Bal. in l. si in uers. sed pone, quidam nobilis. C. de pact. inter empto. & uendito. & est bonis tex. in l. si in emptione. §. uacua. cum l. si q. cum ibi not. per Bart. ff. de actio. empt. & ibi Paul. de Cast. & alii post gl. & in dubio uidetur quis uendere rem liberam l. ex prædictis & ibi Bal. uers. quaritur utrum uendens. C. de euictio. l. quoniam. & ibi Bal. C. de cõpen. §. quia tunc hoc procederet, quando quis simpliciter rem uendisset illi, qui etiam ignorasset ius uenditoris, scilicet si uendisset illi, quod saltem in genere habuisset scientiam, & notitia de iure, quod uenditor in re habebat, ut quod saltem sciuisset, rem fuisse alteri obligatam, seu locatam per predicta: & ita in terminis declarat Paul. de Cast. in d. §. uacua. in fina. uerbis. quia tunc sufficit, quod uenditor tradat eo modo, quo tradere potest uacua, & expedita. Et maxime hoc est uerum, quando uenditor uendit, dedit, & cessit omnia illa iura, quæ in ipsa re uendita habebat, per predicta. Ex quibus concludendum uidetur, quod Simon expelli ab ipso Vitali emptore non potest, sed ipse inglorio usque ad finem locationis stare tenetur, & quod Daut dicitur adimpleuisse contractum eo modo, quo de iure tenebatur, tum quia scienti conditione rei saltem in genere uendit rem, tum et quia uendit, & cessit omnia illa iura, quæ in domo uendita habebat. Laus Deo.

S V M M A E.

- 1 In edificatione, & reparatione ecclesie quis contribuere teneatur, consuetudo ecclesie, si qua extat, est in primis seruanda.
- 2 Consuetudo, quod populus, siue laici, aut alij ecclesiam reparare debeant, est seruanda.
- 3 Idem, si statum antiquum, aut privilegium à Papa concessum super hoc extaret.
- 4 Consuetudo, statum, & privilegium æquiparantur.
- 5 Portio certe reddituum ecclesie pro fabrica ecclesie deputata, si illa sit sufficiens, ad eam, & non ad alias personas, nec ad alios redditus est reuertendum.
- 6 Episcopus solus quando ad reparationem, & edificationem sue ecclesie de quarta reddituum suorum etiam percipitorum, & præteritorum, alias de suo proprio tenetur. §. num. 15.
- 7 Et an prescriptio in contrarium etiam longissimi temporis ei prodest.
- 8 Et si quarta illa sufficiat, an canonicos, & alios in hoc grauare possit.
- 9 Episcopus recipiens quartam suorum reddituum secundum canones pro fabrica ecclesie distribuendam, non potest illam tempore reparationis ecclesie retinere, sed expendere tenetur.
- 10 Episcopus an pro annis, quibus ecclesia sua reparatione, & edificatione non indiget, quartam reddituum fabricæ, & reparationi à canone deputatam suam faciat, & in suos usus conuerti queat, an uero illam pro usu fabricæ, & reparationis ecclesie cõseruare teneatur.
- 11 Quid de quarta reddituum pauperibus debita, si illam inter pauperes non distribuit.
- 12 Quid in rectore ecclesie parochialis de tertia, seu quarta ecclesie parochialis.
- 13 Onus subire non debet recusare is, qui lucrum, & emolumentum percipit.
- 14 Monachus ad clericales ordines promotus, cui de ecclesia curata prouisum fuit, ad fabricam ecclesie de tertia parte pro fabrica deputata tenetur.
- 16 Consuetudo, quod episcopus de redditibus non faciat quatuor partes iuxta canonum dispositionem, an quo ad quartam inter pauperes distribuendam, & quo ad quartam fabricæ ecclesie deputatam ualeat.

- 17 Capitulum, seu canonici ecclesie cathedralis quomodo, & quo iure ad reparationem, & edificationem ecclesie teneantur, & num. 21. 26. & 42.
- 18 Capituli, seu Vniuersitatis maior pars quando minori possit præiudicare.
- 19 Episcopus fortius, & prius ad fabricam ecclesie cathedralis de quarta reddituum tenetur, quam canonici de redditibus suorum prebendarum.
- 20 Quid de clericis inferioribus beneficiatis, & num. 22. 26. & 42.
- 21 Dominicus de Sancto Geminiano in c. si propter tua. col. 2. uer. que ro. an episcopus, de rescriptis. in 6. declaratur.
- 22 Clerici inferiores beneficiati quando, & quomodo ad fabricam ecclesie cathedralis contribuere teneantur, & num. 26. & 42.
- 23 Necessitatibus suis quis subtrahere non debet, ut in pijs cas. erogat.
- 24 Episcopus quando solus sine capitulo possit super certa parte reddituum spectantium ad canonicos, ac et ad alios clericos inferiores beneficiatos pro fabrica ecclesie maioris stature, & quando consensus capituli, uel maioris partis requiratur, & num. 44.
- 25 In obligatione à iure indulta consensus obligati non est necessarius.
- 26 Prelatus, & maritus expensas necessarias, & utiles non aut uoluntarias, seu uoluptuarias facere debet, alias de suo facere cõsentur.
- 27 Pacta, & promissa præsertim ab episcopo seruanda.
- 28 Ignorantia iurium, & canonum neminem excusat, & præsertim episcopum.
- 29 Clerici, seu clericorum simpliciter appellatione, an & quando canonici etiam ecclesie cathedralis contineantur, & quando non, & num. 38.
- 30 Synodus episcopalis, provinciale cõcilium: & capitulum ex quibus consistant.
- 31 Promissio facta presentibus, & ad eorum favorem dicitur ab eis acceptata, etiam si de acceptatione aliter non constet.
- 32 Ecclesiarum ciuitatis, uel diocesis appellatione etiam ecclesia cathedralis, & illius capitulum in materia quoque stricta comprehenditur.
- 33 Et quando diocesis seu ecclesie appellatione comprehendatur ciuitas, seu ecclesia cathedralis, & quando non.
- 35 Expressum quid dupliciter dicitur.
- 36 Consilium, & interuentus aliquorum circa negotia, & expensas faciendas sæpe exigitur, ut consulant solam, non autem ut concurant.
- 37 Canonici consensus in negotijs ab episcopo expediendis ad aliorum utilitatem, uel damnum sæpe requiritur.
- 38 Pactum factum ciuitati, seu clero, quo ciuibus singularibus seu canonicis, & clericis particularibus non prodesse, nec obesse dicitur.
- 39 Ecclesia, & templum quare Daut, & Salomon de oblationibus sacerdotum edificauerunt, & hodie secus fiat.
- 40 Redditi ecclesiarum in quartas quo iure fuerint distributi.
- 41 Argumentum ab ijs, quæ olim in ueteri testamento obseruabantur, sumere non possumus.
- 43 Episcopus pro reparatione, & restauratione ecclesie potius uasa aurea, & argentea, & uestimenta superflua uendere debet, quam canonicos, & clericos in suis redditibus grauare.

Et quomodo hoc sit uerum.

E P I T O M E.

Ecclesie cathedralis restauratio, & edificatio ad quæ, & de quibus bonis pertineat, hic plenè demonstrat.

C O N S I L I U M I I I.

RODEAR de vultu Dei iudicium, & oculi indicantium uideant æquitatē. In hac consultationis specie ad quæ ecclesie cathedralis restauratio, & de quibus bonis pertineat, hinc inde multa mihi se offerunt dicenda. Sed, ut breuitati studeam, omisso solito argumentorum ordine, per veras, & receptas scribentium theoricas transiendo, non nullas ex illorum uerbis conclusiones eliciam, quarum prima erit, quod si hac in re in primis seruanda est cõsuetudo ecclesie, si qua solita est seruari, ut oēs hi cõtribuere teneantur, qui consueti alijs fuerunt, siue clerici, siue nobiles siue ignobiles sint, ut uolūt fere oēs canonistæ, ueluti refert, & sequitur do. Ant. in c. 1. extra de eccles. edificat. arg. c. ad apostolicam de simonia, talis